

A. 1549. Num putabimus hominem,
in quacunq; etiam dignitate consti-
tutum istiusmodi jurisdictionem
sive Auctoritatem in Angelos cœli
sibi persuadere posse, multò minus ex-
ercere velle? Quin & suprâ temeri-
tatem Innoc. vidimus. De quo tamen
Johannes Cochlæus in præfat. libr.
de Altaris mysteriò ad Ferdinan-
dum Reg. Romanorum edit. Lipsicæ
A. 1534. scribere non erubuit: Inno-
centij III. Epistolas decretales seu
Rescripta tam cautè doctè ac lucu-
lenter posita esse, ut omnium Juris-
consultorum judicio nihil possit
decerni vel juri vel æquitati con-
formius, vel rectæ rationi & hone-
stati magis consentaneum. *Ut Ta-
ceam encomium, quod idem Innocen-
tij Libro de contemptu mundi eodem
anno Lipsiæ sub pio & orthodoxo
Principe Domino Georgio Saxonix
Duce*